tertio eodem gradu debeat distare
patruelis et econverso ¶ Ideo quod illi dicunt
esse in eodem gradu respectu communis pa-
rentis scilicet avi a quo descendunt equa-
liter non respectu tertii immo tertius uno gra-
du plus distat patruelis quam patruus ¶
¶ Item quid quantum protenditur affinitas
vel consanguinitas in linea ascendenti
et descendenti, dicunt quidam quod non
excedunt quartum gradum ut e. non debet
Alii dicunt et melius quod in infinitum
ar. ff. de ritu nuptiarum nuptie et xxx
v. q. iii per totum et duobus capitulis
sequentibus De affinitate

Sequitur videre de parte
tertia scilicet de affinitate

Unde videndum quid sit affinitas et
postea de arbore ¶ Affinitas est proximitas
personarum ex carnali commixtione, sed deo
dicitur quia contrahitur tamen per licitum quam per
fornicarium coitum xxxv. q. iii. nec eam.
et extra de eo qui cognovit consanguineam uxoris sue et
sercicum et c. tue fraternitatis. ¶ Arbor affinita-
tis componitur sic. Nam in medio arboris
ponitur quedam linea continens quatuor cel-
lulas in quibus sunt quatuor



gradus sine nominibus personarum. et ideo
ponuntur in medio ut ondatur gradus
affinitatis in utroque latere computandi
¶ Item in utroque latere istius linee
ponitur una linea consanguinitatis con-
tinens sic quatuor cellulas quod sit
duplex de causa ¶ Prima ut ondatur
quod omnis affinitas trahit ortum a con-
sanguinitate ¶ Secunda ut ondatur gradus
affinitatis esse computandos ex parte
consanguinitatis tamen et non apponis copu-
lacionis ¶ Item quia tamen per mares
quam per feminas contrahitur affinitas. ideo
ex una parte describitur linea continens
fratrem cum sua successione usque ad prone-
potem, et ex alia parte linea continens
sororem cum sua successione usque ad
quartum gradum ¶ Iuxta lineam
fratris ponitur alia linea continens similiter
quatuor cellulas in quarum prima ponitur
uxor fratris ¶ In secunda uxor filii fratris
¶ In tercia uxor nepotis fratris ¶ In quarta
uxor pronepotis fratris. et sicut appellan-
tur uxores olim appellabantur relicte
ad designandum quod post istam copulam de-
beat contrahi hoc genus affinitatis
¶ Item iuxta lineam sororis ponitur
alia linea continens quatuor cellulas.
¶ In quarum prima ponitur vir sororis.
¶ In secunda vir filie sororis. ¶ In tercia
vir neptis sororis. ¶ In quarta vir pro-
neptis sororis. et sic quelibet istarum line-
arum quarum quelibet continet quatuor cellu-
las ad ondendum quod prohibicio non exten-
ditur ultra quartum gradum consan-
guinitatis vel affinitatis. id est non
de qua prohibito ¶ Item in utraque
parte ponitur una auricula ad deco-
rem ¶ Doctrina huius arboris nota
quatuor regulas ¶ Prima talis est. quod omnes
consanguinei uxoris per carnalem copulam
efficiuntur affines viri et econverso omnes con-
sanguinei viri efficiuntur affines uxoris.
et in eisdem gradibus affinitatis in quibus
gradibus consanguinitatis attinet alteri.
Unde ego et soror uxoris mee in uno
et primo gradu erimus. filius vero eius
in secundo gradu erit a me. neptis vero tercio
et sic de aliis xxxv. q. v. porro ¶ Item
nec cognatos viri. et cognatos uxoris
nulla prorsus affinitas est contracta per
quam matrimonium debeat impediri. ymmo
possunt ut quidam dicunt vir et mulier et filius filia. vel
duo fratres duas sorores ~~...~~ id est quod
supra dictum est ¶ Secunda est talis quoto
gradu consanguinitatis distat quis a
consanguineo suo vel consanguinea toto
gradu distat ab eius marito vel
uxore ipsius xxxv. q. iii. de prima
et c. et le c. i. ¶ Tercia talis est
persona addita per carnalem copulam
persone

mutat genus et non gradum, sed genus
consanguinitatis in genus affinitatis
xxxv q iii c quod dicitur et c. sequenti
¶ Generatio talis est persona addita
persone per carnis propagationem mutat gradum
et non genus xxxv q v. porro iste due
regule ultime in uno versiculo continentur
[illegible] Affinitatis mutat genus sed generatio gradum
¶ Et vis scire primum genus affinitatis
secundum regulas predictas adde per carnis
copulam aliquem de tua consanguinitate
aliquam personam, et illa persona affinis
erit omnibus consanguineis viri sui in
primo genere affinitatis et hec tunc habet
prohibitionem. Unde mortuo viro illius
mulieris puta sic tuo illa non poterit
contrahere cum aliquo de consanguinitate sui viri
usque ad iiii gradum, id est non dicit quod
et dicit ut dictum est supra et c. pone
quod et c. sequenti ¶ Sed quia secundum genus
et tertium affinitatis est revocatum et
prohibitio sobolis suscepte ex secundis
nuptiis, id est non dicit ¶ Secundum
genus sic habetur adde personam per
carnis copulam primo generi hoc modo
uxor fratris mei est michi in primo genere
affinitatis, mortuo fratre meo adde illi
alium virum ille erit michi in secundo
genere affinitatis et ille secundum antiqua
iura non poterat mortua illa acci-
pere aliquam de consanguinitate porcius mariti
usque ad quartum gradum, de hoc habetur
xxxv q iii de prohibitione, sed hodie non
prohibetur contrahere, id est non dicit // Ter-
tium sic habetur adde personam per carnis
copulam secundo generi ut quod tuus frater
maritus relicte fratris tui mortua illa
relicta mariti eius qui erat tibi in
secundo genere affinitatis accepit aliam
illa est tibi in tertio genere et illa olim
mortuo viro suo non poterat copulari
alicui de consanguinitate tua tu illa
essent tibi et consanguineis fratris tui
in tertio genere usque ad quartum gradum
xxxv q iii. porro ¶ primum genus
tunc contrahitur ex una parte secundum et
tertium quandoque ex una ut dictum est
quandoque ex duabus ut in uxoribus
duorum fratrum qui sunt in secundo

ex utraque parte ¶ De sobole suscepta
ex secundis nuptiis sic intellige frater
meus est vir [illegible] eo mortuo relicta eius
contraxit tecum secundo soboles ex illis secundis
nuptiis nata non poterat olim copulari
alicui de consanguinitate prioris mariti propter
publice honestatis iustitiam, que sub-
lata est hodie secundum istam intellectionem id est non
dicit ¶ Sed inquid publice honestatis
iustitia est sublata in secundo genere
et in aliis ut xxxv q iii. porro dicit
quod ubi publice honestatis iustitia simul
incidit in eundem casum cum secundo vel tertio
genere vel cum sobole ex secundis nuptiis
in secundo ut in uxoribus duorum fratrum
sive consobrinorum uno sublato tollitur
et aliud per illud c. id est non dicit quia
quotiens unum [illegible] una radice nascitur
consequens est ut una lege tollatur
c. de imp. l. ille inst. ¶ Sed si spon-
sa de futuro ut dictum est adhuc rema-
net c. de sponsalibus ad audientiam et c. ex
sponsalibus li. vi. dicit ut ibi quod hone-
stas quia in matrimonio non queritur li-
citum sed quod honestum sit considerari oportet
ff de ri. nup. Semper consanguinitas
igitur et affinitas secundum matrimo-
nium impedit contrahendum et di-
rimit post contractum usque ad quartum
gradum inclusive ut dicit consuetudo
in contrarium quia diuturnitas temporis
peccatum non minuit sed augmentat id est
non dicit de affinitate dicit ut c. de
sponsalibus c. xiiii si supervenit et c. de
eo qui cognovit consanguineam per totum ¶ Sed
inquid extra ordinaria pollutio
inducit affinitatem dicit simo quod
non nisi matrimonium consumat xxx
q iii extra ordinaria inst. ex affectu
fiat maritali ut ibi et c. de eo qui
cognovit consanguineam fornicatione et c. de spon-
sali ¶ Ad hoc autem ut contra-
hatur affinitas intra sanguinis ut
usque fieri commixtionem ar. xxx v
q ix fraternitatis ¶ Ideo si mulier
semen emittat et vir non emit-
tat non contrahitur affinitas et est
argumentum de frigidis qui palpando

potest mulierem provocare ad fornicationem sponsum vel cognatum et tamen non est ibi matrimonium vel commixtio seminis, et ideo nec affinitas. Et ideo si vir intrat claustra mulieris et ipse non emittit licet ipsa emittat nulla est affinitas contracta ut dictum est supra de eo qui cognovit [illegible] ponere. Sed si vir emittat in membro mulieris et non mulier dubitari potest an sponsalia ratificentur ar. xxx. q. iii. Ex ordinaria. Nota quod aliqui fingunt quandam ymaginem mulieris super cellulam sororis tenentem in manu lineam protensam usque ad uxorem suam, quasi dicat soror Venite ad me omnes qui estis in ista linea quia michi estis affines in primo genere affinitatis. Eodem modo ex alia parte fingunt aliam ymaginem super cellulam fratris tenentem in manu quandam lineam protensam ad lineam viri sororis, quasi dicat frater, Venite ad me omnes qui estis de linea illa quia michi estis affines in primo genere affinitatis. Melius et decentius due linee ponuntur reflexe, quarum una oritur in cellula uxoris sue et terminatur in cellula sororis, et alia oritur in cellula sue et terminatur in cellula viri sororis et in utraque est scriptum primum genus affinitatis.

De frigidis et maleficiatis et impotentia coeundi rubrica

Dictum est de affinitate que contrahitur per coitum. Et quia frigidi coire non possunt, ideo subiciatur hic de frigidis et maleficiatis et impotentia coeundi. Unde de istis per ordinem est videndum, et quomodo impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum. Nam frigidus naturaliter contrahere non potest xxxiii. q. i. c. i. et . ii. et [illegible] e. laudabilem, nisi ambo vellent insimul habitare ut vir cum et si non ut uxorem saltem habeat ut sororem [illegible] e. laudabilem, v. quod si ambo. Sed qualiter et quomodo ob causam frigiditatis divortium fieri possit distinguitur sic hostiensis. Si divortium petatur celebrari ob impotentiam coeundi, et masculina impotentia allegatur naturalis puta frigiditas. Aut masculus provocat ad iudicium aut femina. Item aut masculus explevit xviii annum aut non. Et si quidem masculus maior xviii an. ad divortium provocat et uxor confitetur hoc idem quod maritus asserit, dico tempus arbitrarium. Aut unius mensis aut trium aut anni prout quod dictum sunt morari, quo tempore elapso si perstiterint iudicium cause potest pronunciari vel imperantem divortium celebrabitur et mulier nubet in domino. Sed vir iniungatur ne aliquam ducat. Si autem duxit subsequenti et cognovit ecclesia per eum habebitur et priora coniugia erunt reparanda etiam muliere contradicente si fuit confessio fraudis ar. ff. de adult. si uxor. et iudex. Si vero non fuit confessio potest eum repellere pretextu adulterii ar. xxxi. q. i. de benedicto et q. ii. michil. Sed dicit quod hoc non obstat quin matrimonium propterea debeat restaurari, [illegible] e. laudabilem et c. fraternitatis v. nam si tu. Est autem rem indicium masculus nivalis se natura frigidum, nec posse cognoscere aliquam mulierem nec moveri posse ad voluntatem coeundi. Nam si aliquotiens moveretur licet non posset perficere non esset naturalis frigidus. Item si per unctiones electuariis vel medicinis planum est. Si non potest et mulier virgo est et utraque confitetur post triennium poterunt separari. Mulier autem iurabit quod numquam vidit ipsum moveri nec virga erigi et omnem diligentiam adhibuit ut opus carnale sequeretur infra tempus elapsum a iudice statutum et quilibet habebit vii propinquos vel vicinos bone fame qui iurabunt se verum credere quod coniuges iuraverunt et divortium celebrabitur. Ut in c. litteras [illegible] e. t. i. Cum et c. laudabilem. Si autem et mulier vero insufficiendo. Sed numquid sufficit si recipiat secundum duorum vel trium propinquorum. non. quia in causa sollempni et periculosa causa non est a statuto

Experientia: membrum et virga viri positum in pelvim et aliud vas impletur aqua frigida, si constringitur et contrahitur signum est maleficii, si autem nullo modo movetur sed verbi [illegible] in aqua [illegible] sub [illegible] et eadem [illegible] et [illegible] manet signum est frigiditatis naturalis. Item si membrum [illegible] aliquando movetur et erigitur [illegible] appetitu ad coitum [illegible] [illegible] signum est maleficii, si vero nullatenus movetur [illegible] signum est frigiditatis naturalis [illegible]

divortium ob impotentiam coeundi

Vir iurat

Iuramentum mulieris

3. c. pri. tertio recedendum ar. xx. di. de quibus
et S. de dec. ad aud. ¶ Idem dico
si mulier provocat ad iudicium et vir
idem prosistit / Sz si vir cum alia con-
traxit invantibus s coniugibus vel puniri
debebunt et primam agnoscit et in simul
remanent. quia apparet modo quod causa
adhuc et diabolica suggestione hoc fecit sicut
no l. e. t. i. § Si aut et l. e. laudabilem
inst. et xxxiii. q. i. c. i. et ii. ut in
supradictis distinguitur utrum mulier
sit virgo vel corrupta. ex quo viri
impotenciam confitetur. ut l. e. c. i. §
i. et c. laudabilem § ult. ¶ Secus
no si alter negat ut l. sequitur ¶ Sed
quid si maritus provocat ad divortium
et mulier se asserat ab eo cognitam
dic standum esse mulieris verbo. Ita
vix inveniretur aliqua que hoc assereret
nisi verum esset cum fuerit sibi preiudi-
cium contrarium et maxime quia tales co-
fuerunt colaphizati stimulis sa-
thane S. de eo qui cognovit consanguineam
uxoris sue. Jordane et sic credendum
est mulieri que pro matrimonio constat
S. de eland. despon. c. i. hoc et verum
nisi vir ipsam cognoverit propter affectum
corporis ut in § se dix. ¶ Si vero mari-
tus asserat se cognovisse uxorem
muliere contradicente et divortium pe-
tente standum est verbo viri quia est caput
mulieris S. de spon. in pri. Contine-
bat et xxxiii. q. i. Si quis accepit
nisi mulier ipsum convincat de preiudicio
propter affectum corporis xxvii. q. v. ut aliqua
et S. de proba. proposuisti et c. Causam
Exemplo si mulier sit corrupta caveat
cum iubet quia statur verbo viri nec
corrupta potest se virginem ostendere cum
non sit et sic hoc intelligitur l. e. c. i.
§ Illa aut. et quod dicitur Sunt tamdiu
tacuit subaudi et maxime quia eciam
at si ab initio reclamasset ex quo ma-
trimonium certum erat ¶ Sz quia tam-
diu tacuit est maior presumptio contra
ipsam. dicit tamen Innoc. quod sunt muli-
eres que nimis tacent propter verecun-
diam ar. l. e. laudabilem in pri. ¶
no Quid si pro marito stet quia non velit

cognitione vel pro mulieri. dicit Host.
enim esse standum pro qua stabit. et
cautionem ydoneam exigendam ut
cohibeat ar. S. ut lite non cont. quin.
§ ult. et l. c. pre. c. i. ii. et iii. ¶
Nota secundum Innoc. quod tria argumenta
inventa sunt ad probationem frigiditatis
scilicet aspectus corporis / incantationes septi-
manum propinquorum / et triennium ¶ Sz
discretus iudex providebit utrum solum vnum
vel duo vel omnia tria argumenta fa-
ciat probari. et quia oculi sepe fal-
luntur et manus xxvii. q. v. ut aliqua
et in summa separationis matrimonii preclu-
ante dicitur. Ideo melius est quod habun-
dent probationes quam deficiant cum circa
maiora cautius sit agendum xlii. di.
quiescamus et S. de ele. ubi periculum
li. vi. cum si alterum obmittitur mali-
cia valet sinod. ut xxii. q. i. de
hiis requisisti et S. de proba. proposuisti
et c. Causam ¶ Si aut vir dicit se
moneri ad coitum vel quod aliam mulierem
cognoverit. tunc patet quod maleficium alle-
gat. et idem propter continuum triennium dein-
simul morantem ad preceptum iudicis
l. e. laudabilem in pri. et c. ult.
¶ Sz distinguendum est. utrum sit no
temporale maleficium vel perpetuum / Si sit
temporale non dirimit matrimonium iam
contractum ar. l. e. fraternitatis vero non cum.
¶ Si vero est perpetuum dirimit xxxiii.
q. i. Si per sortiarias et dicitur perpetuum
quod infra triennium per exorcismum et
orationes non cessat ut in c. Si per sortiarias
et l. e. c. ult. alias non videtur
esse perpetuum cum maleficiator illud
destruere possit. sed adhuc quod dirimat
matrimonium contractum est quod precesserit ma-
trimonium ¶ Si aut sequatur unquam
dirimit sic ut alia impedimenta super-
na xxxii. q. vii. Ghi qui sum. et S.
de eo qui cogn. consang. uxoris. Discrecionem
et c. Dne et potest quis esse maleficia-
tus cum una et non cum alia / unde
non separatur sine matrimonio ut primum
restituatur xxxiii. q. i. Si per sortiarias
/ Secus de fugiendo ut dicunt l. e. c.

c. i. et c. Fraternitatis. dico. dicit autem Innocentius quod propter maleficium nullum matrimonium est separandum. Cum illud impedimentum non sit perpetuum possit removeri per divinum miraculum saltem per illum qui ipsum induxit ar. i.e. fraternitatis v. nos tamen. quia quicquid ligatur dissolubile est in aut. de nupt. § imp. nos. et dec. qui c. Si per sortiarias non tenet et i.e. capitulum ultimum loquitur de frigido naturaliter ubi lex contradicit. quia licet ipse dicat se habere potentiam cognoscendi aliam non creditur sibi ubi vir erat, v. pe. et hos. dicunt quod debet matrimonium propter maleficium perpetuum separari. et dicit Hostiensis quod opinio illa est omnino abicienda tamquam divina et nimis onerosa. que parat materiam homicidiis et adulteriis. si hoc parat cum muliere et eam cognoscere non posset. tamen potens esset et idoneus aliis mulieribus. ubi semper solum per illum qui fecit. vel quia maleficus mortuus est. vel quia perditum est maleficium. vel quia non potest. tamen nescit dolere et perderet venabiliter tales male sentire. qui dure cause principales propter quas contrahitur matrimonium ibi deficiunt defecte scilicet vitatio fornicationis et susceptio prolis ¶ Item nota quod impotentia coeundi quandoque provenit ex defectu etatis et tunc non tenet matrimonium i.e. quod sedem et e. de sponsalibus impuberum. per totum. tamen dicunt indicio ecclesie separari. qui pervenerit ad etatem nisi velint in matrimonio consentire e. de desponsatione impuberum. de illis ut dicitur ibi quod ulti. ¶ Item provenit quandoque ex sectione genitalium amborum tunc tales sunt impotentes ad debitum reddendum, nec matrimonium contrahere non possunt i.e. quod sedem, secus si uno testiculo tantum sit privatus, cum generare possit ¶ Tamen si aliqua sciens cum frigido vel secto seu vir ad mulierem artam contrahat, dicunt Hostiensis et Innocentius quod secundum tamen oportet quod eam teneat ut sororem i.e. consultationi et c. se. v. quod si ambo ¶ Idem dicit hos. si solus potens sit ar. e. de quandoque. si possint et c. ulti. tamen si cum alia contraxerit semper tenet matrimonium quamvis arta vel strictam vel frigidam ut secum tenere et alere

cogatur ut dicit Innocentius ¶ Si autem ignorans contraxit non cogatur eam habere ut sororem. vel cognatam, licet possit si velit i.e. laudabilem v. quod si ambo et dicit v. quod tunc verum est quod ambo consentiunt et sufficit quod ita separentur. ff. qui et a quibus proposuit et vi. qui deceptus est, quia ad nullum sit matrimonium ubi possit esse quoniam non tenet altrimentum et ideo non obstat e. de eo qui duxit i. ma. c. i. quia potest ibi matrimonium esse ¶ Mulier vero arta naturaliter que nulli est cognoscibilis. preter divinum miraculum vel incisionem cirurgicam. contrahere non debet et si contraxerit debet matrimonium separari i.e. de frigiditate et c. fraternitatis § per hoc et in hoc cum oculata fide videndum est quod salvis inspiciant eam aliquem matrone probe et honeste et experte in opere maritali que prius iurandum dicant veritatem i.e. fraternitate in prima et c. ulti. Nec eis iuramentum est remittendum, ne aliquid in fraudem matrimonii dicatur ar. e. de eo qui cognovit consanguineam suam et i.e. c. ulti. et e. de proba. proposuisti ¶ Sed non requiritur iuramentum propinquorum sicut in frigido i.e. laudabilem in si. vel maleficiato i.e. c. ulti. debet tamen modicam violentiam sustinere i.e. fraternitatis § per hoc ¶ Quid si a primo viro nullatenus potuit deflorari, et ideo separata est sed per frequentem usum secundi redditur apta primo, hic est dissensio Dicunt enim aliqui et conceditur quod in hoc casu non est reddenda primo. et sic intelligunt i.e. fraternitatis § si alias ut Innocentius. et hos. dicunt contrarium et probabilius ut probat Hostiensis. triplici ratione ¶ Prima est quia per opus humanum absque divino miraculo facta est apta primo i.e. fraternitatis § nos tamen ¶ Secunda quia nunc apparet impedimentum fuisse temporale. quod ex post facto cessavit ¶ Sed nullum temporale impedimentum matrimonium dirimit ff. de. ¶ Tertia quia per testimonium mulieris nunc apparet etiam fuisse deceptam et ideo sua retractatur i.e. separantur

[Margin notes: Nota; no; no; arta arta; propter incant. vel ...; apta per scissuram valeat p...]

q. nos tamen ¶ Idem dicit Innocentius si mi-
datur eciam cum corporali periculo semper
restituenda est primo Unde si ante ma-
sionem cum pluribus contraxisset / Si
cum primo non tenet matrimonium sicut alii
plures asserunt multo fortius nec cum secundo
Unde secundo nullomodo est restituenda / Re-
stat ergo quod est restituenda primo et qui-
dem absque corporali periculo Et exponit
i. absque morte quia dicit si mors non
sunt subsecuta ex medicamine semper
restituenda est primo Vincentius et hoc innuit
in c. fraternitatis q. per hoc ubi tamen
ut ex ea periculum mortis timeatur ¶ Sed
quid si post primum coitum cum secundo qui
primum eam deflorare non potuit post
repetit eam. dicunt R. et Ho. quod ei
est restituenda quia apparet eciam
fuisse deceptam ¶ Sed quid si non
potest eam adhuc cognoscere secundo resti-
tuenda est. et sic eciam post secundum
et tercium coitum secundi et sic in infinitum ut
dicit Ho. Sed T. dicit usque ad terciam
vicem tantum et non ultra quia due sue
post primam sunt ferende quia tres ap-
pellationes non licet ii. q. vi. Si quis in
quacunque et C. de ap. sua Innocentius dicit
quod isti sententias qui sic exponunt et
dicunt quod non semel sed eciam manendo secundo
pluries committenda est primo ut ex-
pendatur an possit eam cognoscere
Modo quia sit absurdum exponere eam
extraordinarie pollucioni et quod ali-
ena uxor ita ab alio contractetur quilibet
nisi perditus hic videt / Unde ipse exponit
quamdiu dubitatur an sua sit reddenda
vel an secundus similis sit primo nec co-
gnoscatur an sit apta per cognicionem seminis
viri sed per aspectum utriusque viri ¶ Si
enim similia membra habent presumitur quod
ei cognoscibilis sit et sic reddatur ei
¶ Ideo per distinguunt de membris viri
an sit minus carnosum et tunc tenet
matrimonium in c. fraternitatis ibi cum si-
mili coniunctione et in fine ubi dicitur
ut incipiat ab eo deflorari ¶ Sed hoc
considerandum est qualitas viri et mulieris

quia si omnia membra acceperit vir et
mulier si sit iam xx annorum et non potest eam
cognoscere quia habet membrum nimis grossum
non tenet matrimonium Ideo si cum alio contrahat
qui non sit ita armatus et cognoscat et
per hoc sit habilis secundo primo non propter hoc
redditur prout ut in c. fraternitatis q. nullo
¶ Si vero vir habet omnia membra sed
mulier non dum habet et propterea quia non
potuit eam cognoscere est inter eos divor-
cium celebratum Si contrahat cum alio et
fiat habilis reddenda est primo qua-
tenus eam licet non potuit aptare presumitur
quod adveniente tempore potuisset Unde
sibi est restituenda quia ex post facto
apparet sententiam per errorem latam in c. fraternitatis
q. nos tamen et sicut in aliis membris
recenit ita presumitur quod in illo recenit op-
pinio / Immo est probabilior / Dicit in
host. quod si secundus eam cognoscit restitu-
enda est primo cum quo per triennium
remanebit quia presumatur maleficiatus
fuisse ita quod si interim eam cognoscere potest cum
eo remanebit alias elapso triennio resti-
tuetur secundo sine spe restitucionis primo
faciende et sic est casus in quo quis
privatur uxore suo sine culpa sed non
sine causa ut C. ut lite contestata pro-
sequentes q. Si vero

De matrimonio contra interdictum Ecclesie contracto

Tractatum est de impedimentis
matrimonii que impediunt et
dirimunt matrimonium per contractum
Hic subiciunt de impedimentis que im-
pediunt sed non dissolvunt matrimonium
iam contractum ut est Ecclesie interdictum
et tempus feriarum et Ecclesie vetitum
unde tempus feriarum impediunt fieri
permittunt facta teneri ¶ Interdictum
Ecclesie est duplex scilicet iuris et hominis
¶ Iuris interdictum hoc versiculo continetur
¶ Aspiciens veteres quibus ...
sed a prima dominica adventus usque
ad octavas Epiphanie et a lxx
usque ad octavas pasche et a diebus
rogacionum s. a feria secunda ante as-
censionem domini ut ad oct. penth.
que tamen tenet octavas et in illa

absque corporali periculo expo[nit]

q°

q°

dmita et de inicepe sunt impte celebra-
ri tamen in istis diebus sponsalia contrahi
et matrimonium exproprio solo consensu contra-
hitur ¶ ¶ Ez traductio vxoris . et impera-
tiuum sollempnitas prohibetur ut plenius
v de fer. Capellanus et xxxiii q iiii nec
opus cum tribus c sequentibus ¶ ¶ Interdictum
generale est quando iudex qui potest cognoscere
de causa matrimoniali interdicit aliquibus
ne contrahant adinvicem donec cognitum
fuit vtrum sit consanguinitas vel affinitas
vel impedimentum aliud inter ipsos j e per
totum ¶ ¶ Ez quia plura inita videntur
dicere quod non tenet matrimonium contractum in tempore
interdicti vel contra interdictum ecclesie ymmo sunt
adinvicem separandi ¶ ¶ Ideo distingue aut
causa prohibicionis est perpetua / aut tempora-
lis si est perpetua ut consanguinitas vel affini-
tas vel aliud impedimentum precedens se-
parantur a cohabitacione quousque cognoscatur
de impedimento quo probato separantur contra
lata sententia diuorcii inter eos j e c vlt. et
xxx v q viii ¶ Interdictum et c de spon. du-
ma / Ez eo non probato insimul remane-
bunt ¶ Si vero causa prohibicionis fuit tempora-
lis puta tempus in quo matrimonium contrahi pro-
hibetur / propter ecclesiam dicendum / vel con-
sensus defuit tamen interuenit et contraxit
cum alia per verba de presenti contra interdictum non
debent separari / sed pena debet eis imponi
quia contra interdictum ecclesie est factum j e
c ii tamen ne mandatum iudicis contemptibile
videatur . si vult potest illos separare ad tempus
j e c i . et sic intellige xxxiii q iiii nec
oz ¶ Interdictum ecclesie enim non est tante
efficacie ut separetur matrimonium contra id
contractum nisi subsit causa perpetua / tamen debet
pena imponi siue sit causa prohibicionis
perpetua siue non propter contemptum ecclesie
j e per totum

Qui filij sint legittimi

Post quam dictum est de matrimonio et de
impedimentis matrimonij / Ideo
quia proles est de bonis ma-
trimonij xx iii q ii omne id
subicitur hic rubrica qui filij sint legittimi
Unde videndum est quot sunt genera filio-
rum / et qui ex eis sunt legittimi /

et qui non / et qualiter illegittimi legit-
timantur ¶ ¶ Sunt autem filij legittimi
quos scilicet de vxore legittima procreamus
¶ Naturales quos de concubinis non quibus
cum potest matrimonium consistere generamus
¶ ¶ Spurij quos ex adulterio vel incestu-
oso coitu quis suscipit ¶ Adoptiui
quos per adopcionem seu arrogacionem
assumimus / et sunt hec genera filiorum
quatuor ¶ Alij legittimi tamen / Alij legittimi
et naturales Alij naturales et non legittimi
Alij spurij dumtaxat filij legittimi tamen dicuntur
vt adoptiui siue arrogati de qui-
bus dictum est c. de cogn. leg. per totum
¶ Filij legittimi et naturales dumtaxat vt
nati ex matrimonio vero vel putatiuo
siue adinvicem siue post factum et isti suc-
cedunt parentibus suis j e c i et ij
et c Ex tenore et c de ll. qui filij
totum ¶ ¶ Ex matrimonio vero non
dicitur quia nullum in matrimonio fuit
impedimentum quia publice et in facie
ecclesie contraxerunt c . de cland.
despon. Cum inhibicio et j e plarum
¶ ¶ Putatiuo adinvicem non dicitur quia
si publice matrimonium fuit contractum
et sine contradiccione ecclesie bannis factis
vtroque impedimentum ignorante vel
altero tamen licet matrimonium postea se-
paretur filij nati ante diuorcium et
qui concepti fuerint ante lata sententia
sunt legittimi / et in hereditate succedunt
et de bonis parentum post diuorcium
interueniunt j e Cum inter . et c Ex
tenore . et c. de cland. despon.
Cum inhibicio ¶ Ad hoc autem quod
filij sint legittimi qui matrimonium postea
separatur propter impedimentum requirunt
tria ¶ ¶ Primum quod publice factis
bannis contrahant vt dicit c. de cland.
despon. quod contra et quod cum prohibitum
quia si non fiant banna licet vtro-
que ignorante impedimentum quodlibet
siue contradiccione ecclesie contrahant filij
erunt illegittimi c. de cland. despon.
Cum inhibicio quod si quis dicit
vt ibi dictum est quod qui vero ar. j
e Ex tenore // Secundum quod siue contradiccione

ecclesie contrahant quia si denunciatio pre-
missa et ambo ignorarent impedi-
mentum vel alter et inuenta iusta de causa
interdicatur et obstante contradictione contraxerunt
si postea impedimentum probetur, filii
medio tempore nati illegitimi erunt ut e. cum
inter a contrario sensu. et ideo si matrimonium
inter aliquos prius fuit separatum et con-
traxerunt cum aliis ante ecclesie filii na-
ti ex secundo matrimonio licet postea primum
separetur legitimi erunt ut e. per venerabilem ¶
Item si alter vel ambo ignorent impe-
dimentum quia licet publice et sine
contradictione ecclesie contraxerint si ambo sci-
ant impedimentum filii illegitimi erunt
ut de cland. despon. cum inhibitio
quia porrimus et ut e. referente ¶ Et si am-
bo impedimentum ignorarent licet postea
separetur matrimonium, filii legitimi erunt
ut dictum est supra. eius quia Ita puta-
mus etc. ¶ Idem esset si unus alter igno-
raret. Nam s. V. et Innoc. Sufficit
alterius coniugum ignorantia ad hoc ut
filius sit legitimus et ut succedat parenti
ut de cland. despon. c. ult. et ut e. ex
tenore ¶ Item nati de clandestino
matrimonio postea ab ecclesia publice ap-
probato sunt legitimi dummodo nati sint post
quam matrimonium per ecclesiam fuit approba-
tum. licet postea iusta de causa inter eos
separetur ¶ Secus si ante probationem de
clandestino matrimonio fuerint generati,
quia filii non excusantur si contra matri-
monium aliquod postea probetur ut de
cland. despon. cum inhibitio et ut e.
nobis ¶ Ex postfacto matrimonio si eo
tempore quo proles fuit genita poterant
parentes adinvicem contrahere matrimonium
si matrimonium subsequatur proles legitima
erit ut e. c. i. et c. tanta. matrimonium
quamvis forte alter contraxerit cum alia vel
uterque aliquod illud matrimonium sub-
sequatur ¶ Secus si quis cum uxore
et ea vivente aliam cognovit et
ex ea prolem suscepit licet post
mortem uxoris eandem duxit vel
ex ipsa prolis erit illegitima et ab
hereditate repellenda ut e. cum i et
ii et c. tanta infra ¶ Item si quis alicui
mulieri fidem dederit de matrimonio contra-
hendo et postea prolem ex ea genuit
dummodo possit legitime probari quod ante dedit
fidem legitimus erit et hoc sine per consensum
de presenti expressum copula matrimonii inter
eos fuit celebrata, quia per verba de futuro
copula carnalis fuit subsecuta licet
de facto vir postmodum vel alter matrimonium
contraxerit cum alia muliere ut e. per tuas
¶ Item legitimus est quem pater et mater dicunt
de legitimo matrimonio natum nisi contrarium
fuerit probatum ut e. transmisse et ut de
probatione per tuas dic. ut de fil. presbi-
terorum quia et duobus ... ¶ Item fi-
lii paganorum vel iudeorum qui de novo
conveniunt ad fidem legitimi sunt censendi quoni-
am secundum ritum suum contraxerunt in secundo
vel in tertio gradu ut e. c. ult. quod matrimonium
est inter illos nec post fidem susceptam
debent separari ut de consan. de infidelibus
¶ Sunt autem tres casus in quibus aliquis
nascitur ex legitimo matrimonio et tamen non erit
legitimus ¶ Primus filii sacerdotum inter ipsos
est matrimonium legitimum de coniug. Si
dicimus et filii tamen non sunt legitimi quo ad
ordines ut de fil. non ord. c. ii ¶ Se-
cundus in commisso crimine lese maiestatis
ab aliquo coniugato non solum matrimonium
sed filii illegitimi erunt vi q. i. c. viii et
ut de hereticis vergentis ¶ Tertius in cri-
mine heresis commisso non solum matrimonium
sed filii excluduntur ab hereditate ut de he-
reticis vergentis et c. filii li. vi ¶ Alii
dicuntur naturales et non legitimi ut nati
ex concubinis in domo patris sui ipsi
succedunt in duabus unciis ab intes-
tato si non sit alius filius naturalis et
legitimus C. de naturalibus aut. licet patri et
matri in aut. quibus modis na. effi. §
si quis quoque vel ... vi alii in ...
succedunt ¶ Ultimi dicuntur spurii ut
nati ex adulterio vel incesto ... ff
de sta. ho. vulgo et isti sunt illegitimi
et in nullo succedunt nec instituti possunt
a patre C. de na. li. aut. licet patri impu.
et xxxii q. iiii dicat aliquis vel alii
debent sunt intra ... C. de

de incest. nupt. aut de complexu ¶
Secus est de iure canonico quia solli-
citudinis ecclesie interest ut utrique paren-
tibus suis secundum quod eis suppetunt facul-
tates nutrimenta subministrent et de eo qui
dux. in ma. Cum habet ius et hoc est
de consanguinitate que vigorem sumit a
iure naturali ¶ Nam educatio filiorum de iure
naturali est i. di. ius naturale ¶ Legittimantur
aut filii illegitimi per subsequens matrimonium
ut dictum est s. e. c. Tanta vis ¶ Item
hoc si ambo vel alter parentum ignoravit
impedimentum ut dictum est s. e. c.
ex tenore ¶ Tertio per legittimantur
per principem qui nulli subest in temporalibus
i. e. per ven. legem c. venerabilem ¶ Per
dispensationem per limitationem pape qui legittimat
in spiritualibus ac eciam per consequens in tempora-
libus i. e. per ven. legem ¶ Sed Innoc. et
alii dicunt quod ibi papa procedit argu-
mentando et dicit non posse limitare aliquem
quantum ad hoc ut succedat in hereditate
tamquam legitimus heres nisi sit de sua tempora-
li iurisdictione quia sic mitteret falcem suam
in messem alienam et usurparet alie-
nam iurisdictionem quod esse non debet s. de
iud. novit et vi. q. iii. Scriptum est et
furatur heredem legitimum invito suo tedendi
Host. vero dicit papam habere potestatem le-
gittimandi quo ad spiritualia et temporalia
et ubique solum ut innuit i. e. per ven. le.
Et i. ibi pretium etc. quia causa mat-
rimonialis specialiter pertinet ad ecclesiam
adeo quod secularis iudex de ipsa cogno-
scere non potest etiam incidenter i. e. lator
et c. causam et s. de ord. cogn. tua
¶ Alia opinio est verior quia ad ec-
clesiam non ad principem pertinet de possessionibus
iudicare i. e. causam que inter et pa-
trimonio beati Petri in quo et summi
pontificis auctoritatem exercet et summi prin-
cipis exercet potestatem i. e. per ven. legem
v. tertio aut ¶ Secundum leges in quatuor ca-
sibus legittimantur ¶ Primo si quis
filium naturalem in extrema voluntate
nominat filium et heredem instituit in-
telligitur eum legittimasse c. de na-
turalibus lib. aut. Item si quis et
hoc intellige tamen ad legittimos non
habet in aut. quibus mo. na. ef. le

le. c. i. v. non habens ¶ Secundus si
pater offerat filium naturalem imperatori
et fiat curialis sicut erat in aut. qui-
bus mo. na. ef. le. c. si quis ex ho-
noris. vi ¶ Tertius si nullo alio filio
exstante filius naturalis patre defuncto of-
ferat seipsum curie legittimatur in
aut. c. i. et c. si quis igitur ¶ Quar-
tus si pater filium naturalem in publico instru-
mento vel subscriptione testium eum nominavit fi-
lium non addidit naturalem legittimatur
in aut. ut licet ma. et a. c. ad hoc quod
vero prodest istis ut sint legitimi quia suc-
cedunt in omnibus bonis parentum et ad
omnes actus legitimos sunt ydonei in aut.
quibus mo. na. ef. le. c. qui et c. de
suis et le. heredibus pertinent ¶ Opinio vero
in nullo casu legittimantur i. e. per vene-
rabilem insuper an possint ad ordines
promoveri dic ut s. de fil. presb. c.
Sed quid et per totum et quod a filius
possit dari ne succedant in hereditate
dic ut i. de pe. et rem. c. Sed pone.

Qui matrimonium accusare
possunt vel testificari

O stensum est supra de contractu
matrimonii; sequitur subiecte de eius
dissolucione; Unde videndum
cuius matrimonium possit accusare et
testificari; et qualiter accusacio matrimonii
facienda sit ¶ Accusare potest quilibet
matrimonium secundum Innoc. ad probandum contra
celebrandum non tamen quo ad thorum vere
non admittitur nisi maritus quia propter
thorum fit iniuria s. de procur. tue ¶
Non enim est licitum extraneo coniugium ali-
cuius infirmare c. de adult. quamvis;
et tunc maritus inscribere debet ut desig-
net tempus et locum tunc commissi; et
personam cum qua commissum est; sed ad
penam talionis se non alligat obligat
ne una via expugnatur quod alia probetur
s. de procur. c. tue ¶ Tunc vero mat-
rimonium accusatur ad probandum contrarium
celebrandum extraneis preferuntur illi
qui sunt de consanguinitate coniugum ¶
Sed inter extraneos preferantur antiquiores
et maiores natu xxxv q. vi. c. i.

et ii et i e videtur ¶ Item tam maritus
quam uxor possunt accusare i e ¶ Insu-
per quibus autem qui repelluntur ab accusatione
vel ad eam admittuntur et a testimonio
repelluntur et ad illud admittuntur dic-
tum sunt alibi ydonei ad testimonium
reddendum ¶ Item nota quod si fiat ac-
cusatio super federe matrimonii puta quia
dicit matrimonium non esse propter consanguinitatem vel
aliud perpetuum impedimentum procedi contra con-
tumacem vel per culpam suam absentem
¶ Secus si propter adulterium ad thori separa-
tionem agatur c. ut li. non con. ad hoc et
c. quoniam frequenter §, porro et i e t i ¶ Item
in causa matrimoniali idem potest esse accu-
sator et testis xxxv q vi c. Si duo episcopi
in synodo et c. de parentela et c. de
test. cog. preterea et hoc multe vim ubi
queritur de consanguinitate coniugum ut in
c. preterea et melius c. de consang.
et c. de sponsa. Licet ex quadam ¶ Na-
tura etiam consanguinei et etiam pater et
mater possunt esse accusator et testis i e
videtur et c. de testi. super eo insuper ¶ Sed
si non queratur de consanguinitate sed de
alio impedimento scilicet an contraxissent vel con-
traxerint licet quantum sint admittendi pater et
mater ad accusationem et ad testimonium tamen
in hoc casu si propter potentiam alicuius coniugum
in dignitate honore vel divitiis queratur
suspectum testimonium eorum repellentur
a testimonio sed non ab accusatione c. de testi.
super eo in fine et idem videtur si dica-
tur pro eo cum eo contraxisse vel votum emi-
sisse vel de spirituali cognatione ¶ Nam
in hiis si suspectum sit testimonium eorum
repellentur arg. predicto c. Super eo In con-
sanguinitate autem speciale est quia quamvis
dicatur talium suspectum testimonium eorum con-
sanguineorum ratio est quia unusquisque
suam genealogiam cum testibus et
tactis et etiam ex relatione maiorum
scire laborat qui enim melius recipi de-
bent quam illi qui melius sciunt et verius
intelligunt i e videtur ¶ Repelluntur autem
accusatores matrimonii et testes si infra
tempus statutum non procedant ad accusandum
nisi certa causa dilationem prece contracti ma-
trimonii vel alia denuntiatio non potuit
ad eorum notitiam pervenire utpote furi-
osus vel in annis esset tam teneris con-
stitutus quod ad comprehensionem talium eius etas

non possit sufficere seu alia causa legitima fuit
impeditus eius autem accusatio debet audiri
alias exceptis in dictis si fuerint denuntiationem
publice factam minime ignorasse tamquam
suspectus est repellendus nisi proprio fir-
mavit iuramento quod postea didicerit ea
que obicit et ad hoc ex malitia non pro-
cedit licet didicerit ab illis qui denun-
ciationis tempore tacuerunt admittitur ad accu-
sandum i e Licet in tua sed non ad testi-
ficandum c. de testi. licet ii ratio reddit
i de accusat. ¶ Regulare est quia qui
testes fuerunt non possunt accusare ut dicitur
est c. de clandestina desponsatione c. Sed pone
nisi tacuisset propter destinationem parochie ii
q viii plerique c. Si non interfuissent cum contrac-
tum matrimonium quia tunc potuissent
sine probationibus impedire matrimonium
contrahendum per suam denuntiationem ¶ Sed
matrimonium iam contractum non c. de spon-
sa duorum et c. Licet in tua dicit ut ibi dicitur
est c. xii c. Si superveniente ¶ Ille repel-
litur ab accusatione propter tempus quinquennium
ii q i prohibentur et i e Coniuncte ¶
Item tam testis quam accusator repellitur
qui per solam cartule conscriptionem vult
accusare vel testificari i e a nobis et
ii q viii per scripta in q iii testes
et c. de cogn. spi. et muliere una
¶ Item accusator et etiam testis debet
computare ydonee ex utroque latere ut dictum
est c. de consang. c. Canonica insi-
et sufficit recto tramite septimum gradum
ad hoc ut reprobet probationes actoris
c. de testi. Series ¶ Nota quod in matri-
monio iam contracto accusatio locum habet in con-
trahendo vero minime quia non habet locum
accusatio cum non sit qui legitime accusari
possit sed potest denuntiari consanguinitas
vel impedimentum propter quod matrimonium
contrahi prohibetur c. de sponsa ad dissol-
vendum

De divortiis Rubrica

Dictum est supra de accusatione
matrimonii Sed quia accusatione
instituta contra matrimonium
sequitur divortium ideo subicitur
hic de divortiis ¶ Et quia quippe

marius compellit ante ipsa mulierem
[Q]uod sequitur qualiter restituatur. Sed primo
videndum est de divorcio. quid sit divor-
cium. et unde dicatur, quot modis fi-
at divorcium, et quis possit facere ...
divorcium et de restitutione mulieris spo-
liate ¶ Divorcium est viri ab uxo-
rina separatio. Et dicitur divorcium a
diversitate mentium, vel quia hii qui distra-
hunt matrimonium in diversas partes eunt
ff de divor. l. ii ¶ Due sunt species
divorcii quia unum divorcium est generale,
et aliud particulare ¶ Generale est quod
matrimonium ita separat quod omnino absolvuntur
no a vinculo matrimonii illi qui contraxerunt
matrimonium dico verum vel putativum, Ve-
rum matrimonium ex duobus causis solvitur
¶ Prima est propter contumeliam creatoris
quia si alter infidelium coniugum inter quos
est verum matrimonium ut dictum est supra qui
fi sunt ... ¶ ... filii ad fidem ca-
tholicam convertitur altero nec nullo mo-
do vel non sine blasphemia divini nominis
vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum
cohabitare volente qui religi-
osi volunt ad ... vota transibit quia
secundum apostolum si infidelis discedit frat-
rus vel soror non est servituti subiectus
in huiusmodi i. e. quanto et c. gaudemus et
xxviii q. i. Si infidelis vult ... no
sere sententiam vel blasphemias vo-
lentem vel te retrahente ...
ad mortale volentem Nam sunt ...
mora sit vinculi ...
¶ Nam contumelia creatoris solvit ius
matrimonii circa eum qui relinquitur
no i. e. quanto ¶ Sed inquit ipso iure so-
lutum est matrimonium contumelia cre-
atoris ... dicunt quod sic,
etiam sine iudicio ecclesie et statim qua-
rto alter non vult cohabitare, i. e. quanto
tamen si aliquis ab alio matrimonium con-
trahabitur prius quam alter eum re-
pe compellitur, i. e. c. ult. et si et sic
restituitur quasi iure postliminii ar.
xxxiiii q. i. Cum per bellicam et ff.
de capt. ... Alii ut ... et ...
dicunt contrarium et melius scilicet quod ...
ipso iure non solvitur ... petendi
debitum i. e. quanto ... contumelia crea-
toris non solvit matrimonium, et tunc

primo solvitur vere matrimonium quod con-
trahitur cum fit ... et non ante, quod si et
toto solutum non compellatur eum ...
et est ar. ad hoc i. e. gaudemus in fi.
quod ... obire formatorem ... toto
et omnino esset solutum matrimonium non posset
ei obire formatorem ... ut de-
mum quemadmodum ¶ Sed inquit pos- no
sit intrare religionem ea invita an
qua contrahat cum alia dicit esse ...
de con. ... ult. ¶ Secundum casum
indicat ... dilecto ...
ut quando unus coniugum vult transire
ad religionem ... copula
... de con. ... expublico ... ibi
... et duobus ... ¶ Putativi vero
matrimonii vinculum dissolvit per omnes
illas causas que impediunt et dicti-
mus ... de quibus dictum est supra
de sponsa. ... ad ... ¶
Effectus matrimonii puta ...
matrimonii de consanguinitate vel affini-
tate et sic de aliis tunc dissolvitur
matrimonium ... processu
et dabitur utrique licentia contrahendi ad
alio ... et ... de ...
... et ... de sponsa. ... ibi
... et ... intrare ...
nullum ingenium ... sociabit ille
mulier nec in coniugio nec in adulterio
nec cum illa ad unam mensam mandu-
cabit vel bibet, Aut sub uno tecto
manebit nisi in ecclesia aut in alio
publico loco ubi nulla mala suspicio
possit esse et ibi coram ... donec
temporibus ... illa ... colloqui
quitur xxxv q. vi. ab ipso die ¶
[P]articulare vero divorcium tunc in vero
matrimonio intervenit Et dicitur partic-
ulare propter privationem debiti non redde-
di quo ad thorum et mutuam servitutem
sed non quo ad effectum et vinculum ma-
trimonii ... matrimonium legittimum con-
summatum non dirimitur nisi in morte
xxx iii q. vii c. i. et ii ¶ Est tamen
duplex divorcium, unum temporale et
aliud perpetuum ¶ Temporale est quod
matrimonium contrahitur contra interdictum

certe vel in tempore feriato et iudex eos
ab invicem separat ad tempus de hoc dicitur
est extra de matrimonio contra interdictum ecclesie c. ult.
prohibitum est ¶ Simplex autem propter incon-
tinentiam autem propter fornicationem / Propter continen-
tiam puta alter coniugum intrat religionem
de consensu alterius vel ambo de com-
muni consensu vovent continentiam tunc alter
absolutus est ab alio quantum ad debi-
tum reddendum extra de conversione coniugatorum c. Cum
sis praeditus et xxxiii q. v c. Quod deo vel
si vir ad sacros ordines de licentia mulieris
promoveatur extra de con. con. c. Coniugatus
et c. Sane de istis dicitur est extra de conver-
sione coniugatorum c. Ubi consentiat in quarto c. Sap-
et c. Voluimus ¶ Causa autem duplex scilicet
corporalis et spiritualis qui alter coniugum
est lapsus in heresim s. e. t. ii et c. De
illa dicitur ut extra de con. coniugatorum c. De-
dico dicat tamen Gau. quod licet sint iudicio
ecclesie separati nisi velit intrare religi-
onem tenetur aliud emendatum ab heresi
reconciliare s. e. tanto nisi et extra de
conv. coniug. c. ult. ¶ Nota tamen quod licet
matrimonium infidelium non sit ratum ita
quod unus factus fidelis potest alium di-
mittere si tamen fidelis dimittit infidelem
volentem sibi sine contumelia creatoris
cohabitare non potest tamen ad fideli contrahere
Sed tenetur cohabitare / Secus si infidelis
dimisit fidelem et ab eo recessit ¶
Item si coniuges infideles ambo conver-
tantur statim matrimonium est ratum
et propter hoc quantumcumque unum relabitur in
heresim alter fidelis tenetur cohabitare / quia ma-
trimonium manet ex quo semel factum
ratum et hoc plene notatur in iiii or
sententiarum ¶ Corporalis fornicatio indu-
cit divortium sive vir fornicetur sive
mulier quamvis tamen non adinvicem indi-
cantur xxxii q. v c. Precepit et c. Vana
Sed dicit semper propter iudicium separari xxx
ii q. ii c. Si mulier et extra de iudi. c.
Tuas et s. e. Porro / et quid est quale
licet viro quod maritus potest accusare et di-
mittere uxorem propter fornicationem et eius
xxxii q. i c. Dixit dominus et xxxii q. vii
c. i et ii et ista causa extenditur
ad fornicationis suspicionem violentam
videlicet si probatum est quod fuit solus
cum sola nuda cum nuda in eodem

lecto iacens loco et hora secretis et
suspectis xxxii q. i c. Dixit dominus vel quando
adulter admonetur ne accedat ad domum
suam et tamen accedit in auth. ut lice-
at matri et avie § plurimas coll. viii ¶ Sed le-
vis suspicio est repellenda ar. ii q. i
multi et ff. de pu. absente / Ubicumque
urgetur est fornicatio vel fornicationis suspi-
cio licet dimitti uxor extra de presump-
tionibus et c. tuo nisi ¶ Item dicitur de
peccato sodomitico ut propter illud possit
uxor dimittere virum et econverso xxxii q.
vii c. Omnes causationes et c. Adulterii
malum ¶ Sunt autem septem casus in
quibus uxor non potest a viro de adulterio
accusari nec econverso ¶ Primus est si ipse
convincitur similiter fornicari s. e. Significasti
et xxxii q. vi c. ptorum quia mutua
crimina pari compensatione tolluntur s.
de adult. c. Plt. et ult. ¶ Secundus
si vir meretricem prostituat uxorem
extra de eo qui cognovit consanguineam Discre-
tionem Tertius si solum credit maritum
adulterandum s. e. Significasti et c. Se-
quia ad hoc nulla debuit contium
adduci xxxii q. v c. Ita ne ut est
ignoscendum ei qui peccatum paupertatis
turpissimam vitam duxit ff. de ri-
tamis tu nup. Palam quod non est ¶ Quartus
si mulier credit maritum mortuum
et nubat alii quia maritus rediens
tenetur eam recipere statim sine for-
nicationis exceptione nisi scienter
stetit cum secundo propter quod postea redijt
xxxiv q. ii c. Cum per bellicam et c.
Sed ergo et i. de secundis nup. c. ii.
¶ Quintus si latenter fuit cogni-
ta ab aliquo quem credebat esse maritum
proprium puta lectum illius de nocte
intraverit simulans se esse maritum
xxxiiii q. ii c. In lectum et c. Proposito
¶ Sextus si fuit mulier vi op-
pressa ut in c. Proposito quod intellige
de vi absoluta non conditionali quia
nullo metu digna est fornicari
xxxii q. vii c. Omnes causationes ¶
Septimus si maritus reconciliavit
eam sibi vel eam publice adul-
teram retinet in consortio mariti

Septem casus in quibus non potest a viro
mulier de adulterio accusari

70

